Fragmentarium

1 2 B

n distinguitur: sed communiter conveniunt tribus personis.
Notiones harum personarum sunt: paternitas. filia-
tio. processio. Hee sole tres proprietates persona-
les sunt: que scilicet personas faciunt. Adduntur et
alie due. scilicet innascibilitas et communis spiratio.
et ita quinque que sunt in universo. Quarum tres in-
sunt persone patris. scilicet innascibilitas. paternitas.
spiratio communis. Due vero filio. scilicet filiatio et commu-
nis spiratio. Una autem spiritui sancto. scilicet processio. Appel-
lantur autem plerumque notiones. quia notificant
personas. aliquando distinctiones. que distinguunt eas.
quandoque et relationes: quia personas ad invicem re-
ferunt. Aliquando vero proprietates: quia proprie personis in-
sunt. Non autem accidentales sunt. sed in ipsis per-
sonis ab eterno incommutabiliter sunt. Nichil ta-
men de deo secundum accidens dicitur: sed quedam secundum rela-

atium includitur. et recte per eorum cum dicuntur deus scit.
unum autem. Ideo sunt quia novit. id est quia scienti pla-
cuit: vel quia sciens disposuit. scilicet ut esset. Itaque pre-
scientia dei. hominem non cogit. ut talis sit. qualem deus eum
non presciuit. Omnes autem hee locutiones duplices sunt:
aliter non potest fieri quam deus presciuit. impossibile est aliter
esse quam deus presciuit. et consimiles. Si enim intelligantur con-
iunctim. ut conditio sit implicata: sic scilicet non potest a-
liter fieri quam deus presciuit. id est non potest simul esse utrumque. scilicet
quod deus presciuit ita fieri et quod aliter fiat: verum est. Si
autem disiunctim: ut dicatur hoc aliter evenire non
posse quam evenit: sicut deus futurum presciuit. falsum
est. Predestinatio vero est gratie preparatio: que
sine prescientia esse non potest. Sic autem predestinati-
onis effectus est gratia in presenti et gloria in futuro.
Sic reprobatio dei secundum duo consideratur: quorum

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
STANDARDGRAPH
No. 9061

License: public_domain – Brugge, Stads- en O.C.M.W.-archief Brugge, reeks 538: Fragmenten van handschriften, nr. 37, fol. [11b]v – Vincentius Bellovacensis, <i>Speculum historiale</i>
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-a3wp/9756/71158)